

panem ejus, per transpositionem. Genus dicendi: Hebreis, pro: Iniciamus perdendi eum causa lignum

amat virgines, amat martyres, quia mites; et per mansuetudinem facit eos omnibus hostibus, omnibus tormentis, omnibus tentationibus superioribus. Hoc est ergo secretum, quod per agnum nos docet Christus, namrum mansuetudinem et patientiam, esse fidem scuta in bello defensivo, sicut ea tela in bello offensivo invicta, quibus omnia adversa, omnesque adversari superantur, in modo subjunguntur. Mansuetudo enim non tantum vincit hostes, nec tantum superbiam, iram, invidiam, impatienciam; sed et libidinem, omnemque concupiscentiam, uti docet Cassianus, et prius ascete; quoniam ipsi posse debent terram, Matth. 5, 4.

Et non cognovi, scilicet, non antequam mihi, o Domine, revelares; q. d.: Non putabis eos fore tam nequam, tam nulli mestos, ut me neci destinarer. Sic allegorice, Christus non cognovit, quia quia homo, sine Patria revelatione non cognovit insidias Iudeorum. Secundum et potius, non cognovit, id est, dissimilavit, quasi nesciret insidas eorum. Tertio, non cognovit, id est, ductus est ad mortem miliu dicens, perinde ac si non cognovisset quod eum ducerent; si eum agnus cdm a lanenam ducitur, non queritur, non refutat, quia scit quod est; alioquin non ignorabat Christus quod duceretur, in modo passionem et crux suam jam ante predixerat, Matth. 20, v. 18 et 19. Ha Hugo, Maldon, et ali.

Vide, o christiane, et imitare hoc agni immaculati exemplum, hoc speculum iugiter speculare, et moribus exprime. Haec fecerunt omnes christiana perfectionis studiosi, ab eoque didicimus injurias, verba et verbena silenti et miti animo perficer. Audi exempla ex Vitis Patr., lib. 7, c. 7 et 8.

Monachus quidam erat, qui quanto plus eum aliquis injurialiter aut incitabat, tanto magis ad eum recurrebat, dicens: *Ist is qui nobis occisionem praecepit ad perfectionem nostram; qui autem beatitudinem nos, decipiunt nos, et semitam pedem nostrorum subvertunt.*

Allus non arguerat injuriantem, sed se, dicens: *Quia propter peccata mea contingunt mihi haec.*

Teritus, si quis ei detraheret, mittebat ei munera. Quartus, Zacharias pallium suum conculcans, dicens: *Nisi quis fecerit conculcatus, monachus esse non potest.*

Quintus, S. Antonius pradixit Ammoni: *Multum habes in vita Dei proficer. Et educere eum de cibis: Vade, inquit, et injuriare lapidem hunc, et inde sineris cede;* quod cum fecisset, rogavit eum S. Antonius, si ei aliud lapis respondisset? At ille dixit: *Non, cui sanctus illa et tu ad hanc mensuram pertinet eis, ut nullum bellum tentationis habuerit.*

Sextus, lib. 5, c. 7, de Fontaine, omnes injurias et tribulationes superavit, in his gratias agendo dieo: atque adeo Deus, inquit, videns patiendum eis, absulit omne bellum tentationis ab eo.

Septimus ibidem: *Virtus, inquit, monachi in tentationibus appareat.*

Octava, S. Syncletica: *In tentatione, inquit, dicit, castigans castigabit me Dominus, et morti non tradidit me. Si ferum eis, per adhibitum tibi ignem amittes arvaginem; si aurum eis, per ignem probaberis eris. Menor esto istius: Transibitis per ignem et aquam: residuum est quod sequitur, ut inducamur in refrigerium. Obtinuisse primum, expecta secundum, agens que virtutem sunt.*

Talis agnus fuit S. Ignatius in vita et in morte. Vox ejus in vita fuit: *Mansuetudinem volo, quia omnis vis principis huius mundi enervatur. Vox vero in morte: Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molitur.*

MITAMUS LIGNUM IN PANEM EJUS. Hebreis, corrumpamus, perdamus, esse condamnum lignum, id est, arboreum,

lethale, id est, toxicum in panem ejus. Per figuram lethale intelligit taxum, aut aliud arborum cuius lignum in pane, id est, cum pane ejus, id est, cum cibis et fructu suo, ait R. Kimchi, q. d.: Occidamus Jeremiam, ut ipsa pereat, et cum ipso prophetam ejus tristissimam, quasi Jeremiam sit auctor exciscendum; panis, id est, fructus ejus, sit ejus doctrina, concia et misericordia sequitur: *Eradicamus eum (quasi arborum) de terra viventium.* Ilace exposito satis convenit Hebreo; sed dissentit a versione nostra, cui consentiunt Sepinag. et Chalda.

Secundo, Chalda, S. Thomas, Hugo, Lyran, Paraginus et Vatab.: *To corrumpamus lignum in pane per hypallagen vertum: Corrumpamus panem ejus ligno, scilicet veneno et mortifico.* q. d.: Toxicum et ligno veneno inficiamus ejus panem et cibum, et sic venenum eum perimam: unde per figuram hoc, accipimus taxum, cuius lignum, folia, bacca, et flores lethalia esse, doceat Theophrastus, Plinius, lib. 16, c. 10, Dioscorid., Galenus et alii, adeo, ut Plinius, uti obdormiunt sub ea moriantur; unde Virgilius :

Ne propius tecis taxum ser.

Imo Maldon, Calepinus et ali venenum dici putamus toxicum a taxo, quasi taxum: sed ali melius toxicum a *taxo*, id est, sagitta, deducunt; et hoc est quod ait Plinius: *Sunt qui tazica hinc appellata dicunt venena, quia nunc toxica dictum, quibus soqitum tinguitur ut sint venenata.* Diocorides venenum hoc taxi, tribut nimio frigori taxi, instar cicute. Melius Plinius in Diocoridi, lib. 6, 12, id tribut nimio calori; quia taxus corticem et frondes habet amaras, baccas, dulces et aceres, perpetuo viret, febris mortiferas et ali profluvia ciet, denique aviculae frondes taxi depastae agnoscunt, quia omnia caloris nimio sunt signa, q. d.: *Taxo panem et cibum Jeremiam inficiamus, exadiemus et succidamus.* Verum, quia lignum non sollet imponi cibis, sed venenum: quod hebrei *panis* nos dicunt, et quia omnes Patres hunc locum intelligent de ligno crucis; linea.

Tertio et apudisse, *mitamus lignum in panem ejus*, ut scilicet loco panis, pascamus eum ligno, id est fuste aut cruce, crucifiganus eum. Se vulgo dicunt. Fuste te cibabo, id est fuste tumidum te, boculos gustabis, pinguis comedies. Vel si veritas, *corrumpamus lignum in panem*, exponere per hypallagen: *corrumpamus panem ejus in lignum*; id est, perversum ejus paneum, et mitamus in lignum, ut pro pane comedat lignum, id est, fustes aut cricum, unde Syrus verit: *Corrumpamus lignum in pane ejus*; vel, *depravemus ligno panem ejus*. Clarus Arabicus: *Corrumpant per trahere caro ejus, et per lignum fortido, vel vis gigantea ejus.* Sic enim aplinio hic Jeremias prophetabat crux Christi: *uti eum facere doceat S. Hieron. et Theodosius ret. hic, et Justinianus Triphon; Tertulli, lib. contra Judeos, c. 10; Cyriani, lib. 2 contra Judeos, c. 15; Ambrosius, in titul. psal. 55; Gregorius, lib. 3, Moral., c. 12, et alli passim.*

Quarto, Tertulli lib. 3 contra Marciom., c. 19, et Lactant., lib. 4 Institut., per hypallagen sic exponunt, *mitamus panem*, hoc est corpus Christi, quod non est panis in Eucharistia, in lignum crucis; vel, *stabas Joachim hic, mitamus lignum in panem*; id est, crucem in carnem Christi, basphemiam in doctrinam, detractionem in vitam, scandalum in religionem, ut nemo credit ei et doctrina ejus, quem videat esse crucifixum, sic et S. Thomas, Andr. Capella et Maldon, ubi.

Nota. Verba Tertulliani haec sunt: *Hoc lignum (crucis) et Jeremias tibi insinuat, dictur predictam Justitiam: Vente, mitampus lignum in panem ejus, utique in corpore. Sic enim Deus in Evangelio quoque vestre reuelauit, panem corporum suum appellans; et ut hinc jam interclusis corporis sui figuram panis dedisse, ejus retro corpus in pane prophetas figuravit, ipso Domine hoc*

sit mortiferum, q. d., ligno minutatim conciso venatum reddamus et lethalem cibum ejus. Glassius accepit *lignum pro vase ligneo* in quo panis conficitur; *ruvampamus in calino panem ejus.* Et Lud. de Dieu *panem pro carne sumens ut in Ling. Arab. et Job. 6.*

7, interpretatur: *baculis carnem ejus ita consundamus ut ipsa ligna corrumpantur ac perdantur.* Lud. Capellos *perdamus ligno (cruce) carnem ejus.* Et ita expos-

unt plerique Patres, sed non ad litteram. Calmet.

VERS. 20. — *JUDICAS JUSTE.* (Vid. Ps. 9, 5.) *Qui probas, etc.* (Vid. Ps. 7, 6.) *VIDEAM ULTHONEM, etc.* (Vid. Ps. 5, 41, et 79, 40.) *REVELAVI*, q. d., ad te con fugi tanquam ad judicem justum.

VERS. 21. — *DIXIT. Tertia persona pro prima. Ego Dominus habe dico. ANATHOTH, meminit Anathoth, quod illa in primis Jeremiam suum civem (sup. 1, 4) afflixisset. Ne VATICINERIS, id est, ne predices nobis captivitatem tanquam ad Deo missus ad nos ut hoc nobis remuntes. (1)*

VERS. 23. — *ANNUM, in tempore.*

in Eucharistia abscondit sub figura et specie panis (non popem, vel alterius regi) de quaero dixi: *Hoc est, non panis, sed corpus meum.* Hunc esse sensum Tertulliani clarissimum docet Pamphilus in lib. 4 contra Marcionem, c. 49, n. 662, quia et ipsi Centuriores Magdeburgenses palam profiterunt, figuram apud Tertullianum non cadere in vocem corporis, sed in vocem panis. (Corn. à Lap.)

(1) *AD VIROS ANATHOTH.* Ubi propheta habitavit. Vide ad Jer. 1, 1. Sicut propheta nemo magni factus in patria sua; ita et Jeremias nullus sibi habuit inimicos res quam sacerdos secum Anathoth habientes, qui et ceteros sacerdos adversus eum incitabant. Propheta male acceptus erat non modo Hierosolymae, sed etiam cum se recipere in angulum illum, ut apud suos quietus ageret. Speravit aliquid sibi offi et securitatis de patria; verum ibi etiam omnes eum hostiliter persecuti sunt. Ideo clades peculiaris illis denuntiatur. (Synopsis.)

CAPUT XII.

1. *Justus quidem es tu, Domine, si disputerem tecum: verumtamen justa loqua ad te: quare via impiorum prosperatur: benè est omnibus, qui prevaricantur et iniuste agunt?*

2. *Plantasti eos, et radicem miserunt; proficiunt, et faciunt fructum: propè os tu ori eorum, et longè a renibus eorum.*

3. *Et tu, Domine, nōsti me, vidisti me et prohasti cor meum tecum: congera eos quasi gregem ad victimam, et sanctifica eos in die occisionis.*

4. *Usquequā loget terra, et herba omnis regionis siccatib; propter malitiam habitantium in ea? consumptum est animal et volucere, quoniam dixerunt: Non videbit novissima nostra.*

5. *Si cum pedibus currens laborasti: quomodo contendere poteris cum equis? cum autem in terra pacis securus fueris, quid facies in superbìa Jordania?*

6. *Nam et fratres tui, et domus patris tui, etiam ipsi pugnaverunt adversante, et clamaverunt post te plena voce: ne credas eis cum locuti fuerint tibi bona.*

7. *Reliquum domum meam, dimisi hereditatem meam: dedi dilectam animam meam in manu iniuriorum ejus.*

8. *Facta est mihi hereditas mea quasi leo in sylva: dedit contra me vocem: idē odivi eam.*

9. *Numquid avis discolor hereditas mea mihi? num*

CHAPITRE XII.

1. Seigneur, si je dispute avec vous, ce n'est pas que je le saache que vous êtes juste. Permettez-moi deependant de vous faire ces justes plaintes: Pourquoi les méchants marchent-ils avec telle de prospérité dans leur voie? Pourquoi tous ceux qui violent votre loi et qui agissent injustement sont-ils heureux?

2. Vous les avez plantés, et ils jettent de profondes racines; ils croissent et ils portent du fruit. Vous êtes près de leur bouche, et loin de leurs reins.

3. Et tu, Seigneur, nous avons connu, vous n'avez vu, et vous avez éprouvé que mon cœur est tout à vous. Assemblez-les comme un troupeau qu'en même à la boucherie, et préparez-les pour le jour auquel ils doivent être égorgés.

4. Jusqu'à quand la terre pleurera-t-elle? jusqu'à quand toute l'herbe des champs sera-t-elle desséchée, à cause de la méchanceté de ceux qui l'habent? Il n'y a plus de bêtes ni d'oiseaux, parce qu'ils ont dit: Le Seigneur ne verra point quelle sera la fin de notre vie.

5. Si vous avez en tant de peine à suivre à la course ceux qui étaient à pied, comment pourrez-vous courir contre ceux qui sont à cheval? Si, lorsque vous étiez dans une terre de paix, vous espériez en vain d'être en assurance, que ferez-vous contre le débordement du Jourdain?

6. Car vos frères mêmes et ceux de la maison de votre père se sont unis pour vous combattre, et ils se sont élevés contre vous avec de grands cris. C'est pourquoi ne les croyez point, lors même qu'ils vous parlent avec douceur.

7. J'ai quitté ma propre maison, j'ai abandonné mon héritage; j'ai exposé celle qui m'était chère comme mon âme entre les mains de ses ennemis.

8. La terre que j'avais choisie pour mon héritage est devenue à mon égard comme un lion de la forêt; elle a jeté de grands cris contre moi; c'est pourquoi elle est devenue l'objet de ma haine.

9. Ai-je prétendu que l'héritage que j'ai choisi se-

quid avis tincta per totum? venite, congregamini, omnes bestie terre, properate ad devorandum.

10. Pastores multi demoliti sunt vineam meam, concavaverunt partem meam: dedurunt portionem meam desiderabilem in desertum solitudinis.

11. Posuerunt eam in dissipationem, luxitque super me; desolatione desolata est omnis terra, quia nullus est qui recogitet corde.

12. Super omnes vias deserti venerunt vastatores, quia gladius Domini devorabit extremo terre usque ad extremum ejus: non est pax universe carni.

13. Seminaverunt triticum, et spinas messuerunt: hereditatem acceperunt, et non eis proderit: confundimini a fructibus vestris proper iram furoris Domini.

14. Haec dicit Dominus adversum omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt hereditatem quam distribui populo meo Israel: Ecce ego evellam eos de terra sua, et dominum Iuda evellam de medio eorum.

15. Et cum evulsero eos, convertar, et miserebor eorum: et reducam eos, virum ad hereditatem suam, et virum in terram suam.

16. Et erit: si eruditio dicteret vias populi mei, ut jurent in nomine meo, Vivit Dominus sicut docerunt populum meum jurare in Baal: edificabuntur in medio populi mei.

17. Quid si non audierint, evellam gentem illam evulsione et perdizione, ait Dominus.

TRANSLATIO EX HEBRAEIS.

1. Justus es Domine, si contendam tecum: verumtamen iudicia loqueremur te: quare via impiorum prosperata est, pacem habuerunt: nubes prevaricantes prevaricationem: — 2. Plantasti eos, etiam radices egerunt, proficerunt, etiam fecerunt lucum: prope fuisse eorum, et longè a renibus eorum. — 3. Et tu, Domine, nosti me, vidisti me et probasti cor meum tecum: evelle eos sicut oves ad jugulationem, et prepara eos ad diem occisionis. — 4. Usquecumq[ue] desolata erit terra, et herba omnis agri arescit proper militiam habitantium in ea? defecerunt animalia et volucres, quoniam dixerunt: Non videbit novissima nostra. — 5. Si canem peccatis eucurrunt et fatigaverunt te, quoniam miscelis te cum equis? et in terrâ pacis tu fideles, et quoniam facies in elatione larden. — 6. Nam etiam fratres tui, et domus patris tui, etiam ipsi prevaricati sunt contra te, etiam ipsi clamaverunt, post te congregando: ne credas eiis quoniam locuti fuerint ad te bona. — 7. Reliquum domum meam, dimisi hereditatem meam: dedi dilectionem anime mee in manu minuciorum ejus. — 8. Fuit mihi hereditas mea tanquam leo in sylva: dedit contra me vocem suam, id est odii eam. — 9. Numquid ut avis tincta mea mihi? annon aves per circuitum contra eam? venite, congregate omnes bestias agri, venite ad devorandum eam. — 10. Pastores multi demoliti sunt vineam meam, concavaverunt portionem meam: posuerunt portionem desiderabilem meam in desertum solitudinis. — 11. Posuit eam in desolationem, luxit contra me desolata: desolata est omnis terra: quia non est quisquam qui ponat super eam. — 12. Super omnia loca excelsa in desertu venerunt vastatores, quia gladius Domini devorabit extremo terre usque ad extremum terra: non est pax universe carni. — 13. Seminaverunt frumenta, et spinas messuerunt: agrotaverunt, non proficerunt: pudore suffusi sunt proper fructus vestros, ob iram furoris Domini. — 14. Sic dixit Dominus adversum omnes vicinos meos pessimos, qui tangunt hereditatem, quam hereditare feci populum meum Israel: Ecce evello eos à terra sua: et dominum Iudeah evellam à medio eorum. — 15. Erit postquam evulsero eos, revertar et miserebor eorum: et reducam eos, unumquemque ad hereditatem suam, et unumquemque ad terram suam. — 16. Et erit: si discendo dicteret vias populi mei, ut jurent in nomine meo: Vivit Dominus, sic docerunt populum meum jurare in Baal: edificabuntur in medio populi mei. — 17. Etsi non audierint, evellam gentem illam evellendo et perdendo, ait Dominus.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.— JUSTUS ES (1), etc. Justior, es Domine, quām ut tecum contendam. Propheta miratur in hoc

(1) Justus tu es, ô Jova, quando item intendero tibi, vinces, si tecum iudicio contendam. Conf. Ps. 119, 137.

versu leuitatem Dei, ac si dicat: Justior es, Domine, quām ut meritò litigare debebam tecum: expositulabam aliquantis per, et citabo contra te ea argumenta quibus uti solet p[ro]i qui impiorum felicitatem vident. (Vid. Ps. 75, 2.) JUDICIA, id est, rationes meas justas, sive argumenta quibus videris contra jus agere.

VERS. 2.— FECERUNT FRUCTUM; id est, copias ingentes sibi parant: sive copiosus fructus à te conseruantur. PROPE FUSTI (1), etc. Assiduū, inquit, te habent in ore: at in intimo eorum non habes locum.

VERS. 3.— COR MEU, vel, animus meus qui est tecum, id est, qui te colit. EVELLE, vel transfer. PREPORA (2), constitue, inquit, diem quo illi excedunt sint.

ATTEM JUDICIA LOQUAR TECUM, id est, controversiam iudicialem tecum agitabo, cupiens informari de causis mirae tuae gubernationis, et quo pacto secundum possit cum justitia tua. PHRASI JUDICIA CUM ALIQ[UE] LOQUI INTELVIT VALET: ex aliquo causas factorum querere, eumque examinare, et an quodomodo defendere et possit. vid. 2 Reg. 25, 6; infra 39, 5. Chaldeus nostra verba laud male interpretatus est: questionem judiciorum ego a te querio. Questionem hanc, cur improbus bene omnia succedunt, bonis tam squalido fit, illa astute plures exercunt, testes sunt cum pluris plasmi, veluti 37, 39, 49, 75, tum Iohannes liber, qui totus in hoc argumento tractando versatur. ENTR' VERÒ, hoc loco, non sunt pravi homines universi, sed Iudei, iisque viri primari, qui quoniam novis et alienis sacris magis faventer, quam antiquis, legitimisque, Jeremiam: sua implorante, ponens in dominum, oderunt enim que per Iudeas à medio tolere quiescerunt: vid. vers. 2, 3. (Rosenmüller.)

QE[UA] VI IMPOR PROSPERATUR; BENE EST OMNIBUS, QUI PREVARICANTUR, ET INIQ[UE] AGUNT? Scindendum expostulationem prophete cum Deo non aliud esse, quam vehementer admirationem hominis justi, et certo scientis; non esse iniustitiam apud Deum, (sic ut propheta primitus: *Justus quidem tu es, Domine*) nondum tam intelligentis, quo occulito Dei consilio cuncta fera prospera impiis evenire permittantur. Similiter est cum Deo prophetatio Davidis, Psalm. 72, et Habacae propheta, cap. 4. Quis ejusdem quoque argumenti videatur prolixa illa alteratio inter Job et amicos ejus. Et est quidem ea tantum aliqua justiorum, vel ad sequendum vias impiorum, vel ad accusandum Dei iniustum: sed consolantur tandem justi, tum in illo Psalm. 72, tum hoc loco: cujus consolationis summa est; quod impi ad tempus quidam prosperant, sed ad hoc, ut postea gravis, vel in hoc seculo, vel certi in futuro puniantur: justi autem ad tempus affliguntur, ut in extenuum saluentur. (Estius.)

(1) PLANTASTI EOS, etc., nempe impios. Miratur hoc propheta, ut Iudeas ostendat, hoc esse quasi pridiagram, tamdiu à Dei ipsis tolerari, cùm canticis promeriti sunt interutum. Calvinius. Significat eum firmo in statu esse, Grotius. PROPE TU OS RORUM, etc., q. d. Proflorient pleno ore se esse populum tuum, Piscator. De lege multa loquuntur, neque tam eam sequi volunt. Antevertit exceptions Judeorum. Quisnam tu es qui nos citas ad iudicium Dei, et litigas cum Deo, quod nos toleret? nonne sumus eis culiores, filii, etc.? Satis, inquit, hoc scio: sed tu sis haec esse verba, cosquie fallaciter agere, etc. (Calvini.)

(2) CONGREGA EOS QUASI GREGEM AD VICTIMAM, ET SANCTIFICA EOS IN DIE OCCISIONIS, eos para in dieum, quā jugulandi sunt. Apud Hebreos, sanctificare plerique sunt commodum preparare. Septuaginta: Purifica eos, etc. Verba Dei sunt, Jeremias queritis respondentes, juuentusque impios congregare, ceu gregem lanianae destinatum. Hebreus: Evelle eos sicut pecus ad jugulationem, lanianae destinatum. Fac sciens, se

(Sacy.)

(2) DILECTIONEM ANIME MIE. Hebraeum est pro, populum meum quem ex anno dixi tradidi propter iniquitates ejus in manus hostium ejus; quin et templum meum dereliqui, atque universam terram hereditatis meae horru. Haud secus quām cū quis per systema grad

gnificat cum templo et universo populo, quem unice et ex animo diligebat.

VERS. 8. — TANQUAM LEO, etc. Ut homines, inquit, in sylva, audit rugitu leonis, diffugunt; sic ego impis vocibus hujus populi coactus, eum reliqui; vel, ut fugere solent qui iter agunt à sylva ubi audiunt leonem rugientem; sic ego ab hereditate seu prædio meo diffugi. Clericus ferè.

VERS. 9. — HEREDITAS MEA MIHI? q. d.: Numquid ut avis tincta coloribus facta est mihi hereditas mea? numquid aves sunt in circuitu adversus eam? id est, ut alienigenam et insolentiam plumis ornatae avei rolique persequuntur: sic hostes populi mei illum persequentur et appetunt. VENITE (1), AGITE sive venite, inquieti gentes prefeciti, exercitii.

VERS. 11. — POSUIT EAM, vel poset eam, sub. unus pastorum illorum, nempe Nabuchodonosor. LUXIT CONTRA ME, vel lugendo, de me conquesta est. OMNES TERRA. (Vid. Ps. 95, 4.) PONAT SUPER COR. sub. incrementum prophetarum. Chalduæ paraph.: Nemus est qui attendat prophetis. (Vid. Isai. 41, 22.) (2).

VERS. 12. — IN DESERTO, loquitor de deserto in quo aluntur armata.

VERS. 15. — SEMINARVERUNT, sub. prophetae. EGNO-TAVERUNT, etc., agrotaverunt, quia non proficerunt, vel, dolore quadam animi affecti sunt prophete quod non proficerint verba eorum. PUDORE, etc., vel

tum et rugientem audierunt leonem, declinat a loco illo; sic ego propter rugitum pauperum, qui à potentioribus vim et calumniam patiuntur, deserui terram meanam, etc. Ex derelictione autem mea hoc futurum est, ut tanta populi mei fiat strages, ut etiam rapaces aces sanguine occisorum se tinctaræ sint, et besties agri corpora ipsa lacravera. (Munsterus.)

(1) NUMQUID AVIS DISCOLOR HEREDITAS MEA MIHI? NUMQUID AVIS TINCTA PER TOTUM? Variè hic locus vertitur et exponentur: commodissime sic, ni fallor: An non hereditas mea mihi (dicta) est avis (quedam) discolor, et an non (propterea) avis (alia) circunquadra ei aduersabatur? Solet si quis avis peregrini coloris ad alias aves adveniret, ab aliis impetrat.

Venite, congregamini omnes bestie terrenæ Chalduæ, Siry, Ammonites, Moabites. Vide dictum locum 11 Regum. (Grotius.)

(2) SEPER OMNES VIA DESERTI. Quia per omnes vias hostes venturi erant, ut urbem obserderent. Hebr. Super omnia excelsa ut virtutis Jonathas, et non sepè alii locis annotavimus: quasi dicat, omnes colles pleni erunt hostibus. Sept. longissima à verbis discerserunt, super omne extitum in deserto. Non est pax, pressens pro futuro, non erit pax, universæ carni, id est, ubi bellum erit. (Maldonatus.)

CAPUT XIII.

1. Ihee dicit Dominus ad me: Vade, et posside tibi lumbare lineum, et pones illud super lumbos tuos, et in aquam non inferes illud.

2. Et possedi lumbare juxta verbum Domini, et posui circa lumbos meos.

3. Et factus est sermo Domini ad me, secundò, dicens:

4. Tolle lumbare quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, et surgens, vade ad Euphratem, et absconde ibi illud in foramine petrae.

prædicti sunt prophete propter fructus vestros ab irâ, etc. Convertit sermonem ad improbus. Prophetam fratrem Dei timentes quam effundit in peccatores, proper scelerata vestra pudore confusi sunt.

VERS. 14. — SIC DIXIT, etc. De se loquitor Dominus in teria persona, q. d.: HEC EGO DOMINUS DICO. ADVERSUS OMNES, etc., vel, DE OMNIBUS, etc. TANGUNT, laudent, vastant. HEREDITATE, etc., dedit possidendum populu meo Israeli. Eccl., etc., id est, faciam ut Palestini, Ammonites et Moabites, et reliqui opprimerem populi mei abducant captivi à Chaldais; et si qui fuerint Judæi in regione eorum quoniam abducant captivi, auferant et separabo eos ne simul sum illis abducant captivi.

VERS. 15. — Eos, sub. Israelitas. REVERTAR (1), id est, redibo cum eis in gratiam, vel mutabo sententiam.

VERS. 16. — SI DISCENDO, etc., vel, quod si illi, sub. gentiles abduci à me in captivitate. EDIFICABUNTUR (2), etc. (Conservabuntur ac stabilitur; ut habet Chaldu. par. Vid. inf. 51, 4, id est) non transfraro eos gentiles sed prosperè et feliciter agent cum populo meo. Hoc refertur ad liberationem factam per Cyrum.

VERS. 17. — AUDIERINT (3), sub. prophetas.

5. Et abi, et abscondi illud in Euphrate, sicut præcepit mihi Dominus.

6. Et factum est post dies plurimos, dixit Dominus ad me: Surge, vade ad Euphratem: et tolle inde lumbare, quod precepi tibi ut absconderes illud ibi.

7. Et abi ad Euphratem, et fodi, et tolle lumbare de loco, ubi abscondes illud: et ecce computaberat lumbare, ita ut nulli usui aptum esset.

8. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

9. Hoc dicit Dominus: Sic patresce faciam superbiam Juda, et superbiam Jerusalem multam:

10. Populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, et ambulant in pravitate cordis sui: abieruntque post deos alienos ut servient eis et adorant eos: et erunt sicut lumbare istud, quod nulli usui aptum est.

11. Sic enim adhaeret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinavi mihi omnem domum Israel, et omnem domum Juda, dicit Dominus, ut essent mihi in populum, et in nomen, et in laudem, et in gloriam: et non audierunt.

12. Dices ergo ad eos sermonem istum: Hoc dicit Dominus Deus Israel: Omnis laguncula impletibus vino. Et dicent ad te: Numquid ignoramus quia omnis laguncula impletibus vino?

13. Et dices ad eos: Hoc dicit Dominus: Ecce ego implebo omnes habitatores terra hojus, et reges qui sedent de stirpe David super thronum ejus, et sacerdotes, et prophetas, et omnes habitatores Jerusalem ebrietate.

14. Et dispersam eos virum à fratre suo, et patres et filios pariter, sit Dominus: non parcam, et non concedam: neque misericordam ut non desperand eos.

15. Audite, et auribus percipite: nolite elevari, quia Dominus locutus est.

16. Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebretas, et antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos: expectabitis lucem, et ponet eam in umbras mortis et in caliginem.

17. Quod si hoc non audieritis, in abscondito placabit anima mea à facie superbie: plorans plorabit, et deducet oculos mens lacrymam, quia captus est grex Domini.

18. Dic regi et dominatrici: Humiliamini, sedete: quoniam descendit de capite vestro corona glorie vestre.

19. Civitates austri clause sunt, et non est qui apertat: translata est omnis Juda transmigration perfecta.

20. Levate oculos vestros, et videte, qui venitis ab aquiloni: ubi est grex qui datum est tibi, pecus inclutum tuum?

21. Quid dices cum visitaverit te? tu enim docuisti eos adversus te, et erudisti in caput tuum: numquid non dolores apprehendent te, quasi mulierem parturientem?

22. Quod si dixeris in corde tuo: Quare venerunt milii haec? Propter multitudinem iniquitatis tuae re-

5. Je m'en allai aussitôt, et je la cachai près de l'Euphrate, comme le Seigneur me l'avait commandé.

6. Il se passa ensuite beaucoup de jours, et le Seigneur me dit: Allez promptement à l'Euphrate, et tirez de là cette ceinture que je vous ai commandé d'y cacher.

7. J'allai donc au bord de l'Euphrate; et, ayant cressé dans la terre, je tirai cette ceinture du lieu où je l'avais cachée; et je la trouvai si pourrie qu'elle n'était plus propre à aucun usage.

8. Alors le Seigneur me dit :

9. Voici ce que dit le Seigneur : C'est ainsi que je ferai pourrir l'orgueil de Juda et l'orgueil excessif de Jérusalem,

10. Et tout ce peuple d'hommes très-méchants, qui ne veulent point écouter mes paroles, qui marchent dans les égarements de leur cœur, et qui courrent après les dieux étrangers pour les servir et les adorer; ils deviendront comme cette ceinture qui n'est plus propre à aucun usage.

11. Car, comme une ceinture s'attache autour des reins d'un homme, ainsi j'avais étroitement uni à moi toute la maison d'Israël et toute la maison de Juda, dit le Seigneur, afin qu'elles fussent mon peuple et que j'y établisse mon nom, ma louange et ma gloire; et cependant elles ne m'ont point écouté.

12. Vous direz donc à ce peuple : Voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israël : Tous les flacons seront remplis de vin. Et ce peuple vous répondra : Est-ce que nous ignorons qu'on remplit de vin tous les flacons ?

13. Vous leur répondrez : Voici ce que dit le Seigneur : Je remplirai d'ivresse tous les habitants de cette terre, les rois de la race de David qui sont assis sur son trône, les prêtres, les prophètes, et tous les habitants de Jérusalem.

14. Je les disperserai, et je séparerai le frère d'avec le frère, les enfants d'avec leurs pères, dit le Seigneur ; je ne pardonnerez point, je n'usurerai point d'indulgence, je ne ferai point de miséricorde ; mais je les perdrai sans ressource.

15. Ecoutez, prétez l'oreille, et ne vous élevéz point d'orgueil, parce que le Seigneur a parié.

16. Rende gloire au Seigneur votre Dieu, avant que toutes les ténèbres vous surprennent, avant que vos pieds se heurtent contre les montagnes couvertes de ténèbres. Vous attendez la lumière ; et Dieu la changera en une ombre de mort et en une profonde obscurité.

17. Que si vous n'écoutez point ces avertissements, mon âme pleurera en secret sur votre orgueil, et il sortira de mes yeux des ruisseaux de larmes, parce que le troupeau du Seigneur se trouvera pris.

18. Dites au roi et à la reine : Humiliez-vous, asseyez-vous par terre, parce que la courtoise de votre gloire est tombée de votre tête.

19. Les villes du midi sont fermées, et il n'y a personne qui les ouvre ; tout Juda a été transféré ailleurs, tout est passé dans une terre étrangère.

20. Levez les yeux, et considérez ceux qui viennent contre vous de l'aquilon. Où est ce troupeau qui vous avait été confié, ce troupeau si excellent ?

21. Qui direz-vous, lorsque Dieu vous visitera dans sa colère ? Car c'est vous-même qui avez appris à vos ennemis la manière de vous combattre ; c'est vous qui les avez instruits contre vous-même. Ne sentirez vous pas alors des douleurs semblables à celles d'une femme qui est en travail ?

22. Si vous dites en vous-même : Pourquoi tous ces maux sont-ils venus fondre sur moi ? c'est à cause

CHAPITRE XIII.

